

re, & optate sanitate, quam non habet, neque actu existit; si vero ita intelligatur, ut voluntas tendat in bonum in ordine ad existentiam, quatenus tali boni consecutionem per idonea media procurat, hoc solum habere potest locum, quando voluntas efficaciter operatur; non vero quatenus per simplicem affectum in aliquo præcise, ut possibile præsentatum tendere potest, nihil de existentia curando.

Secundo arguitur, quod si Deus creaturas possibiles diligit, non diligit necessario, sed liberè actus necessario volendi tantum respicit intrinsecam perfectionem Dei, & que necessario comitatur, at bonitas seu perfectio Dei insita est prorsus independens à creaturis etiam ut possibilibus, ergo &c. Conf. creatura ut possibilis inspecte non sunt summum bonum, at voluntas divina necessario tantum in summum bonum fertur, ergo &c. Respondet Vulpes ad minorem aliud esse loqui de dependentia divinæ bonitatis, & perfectionis à creaturis rebus, aliud vero de coexistentia, verum est enim, bonitatem illam prorsus à rebus creatis independentem esse, optimè tamen fiat, ut necessario creaturas coexistat secundum esse possibile, quatenus est bonitas suapte natura aliis communicabilis, quod declarat exemplo scientia simplicis intelligentiæ, que necessario terminatur ad res possibles. Ad Conf. negat minorem, licet enim primario voluntas illa feratur in summum bonum simpliciter, secundario tamen etiam necessario fertur in ad, quod est summum bono naturali conexione habet, sicut est possibilis tertii; sic patet respondet Smissinch, n. 47.

22 Ceterum, sicut ad conf. negat minorem, ita quoque ad argumentum principale debet negare majorem, cum sit eadem propositio non vero illam concedere, vel prætermittere, cum ex veritate & falsitate illius propositionis pendat tota argumenti solutio; distinctio etiam illa, quam adhibet pro explicanda minoris, implicat in terminis, quia mutua dporum coexistentia arguit mutuan, & reciprocam unius ab alio dependentiam, ut constat ex dictis n. 6. unde Doctor ibi citatus non cœdit. Deū necessario ad sū esse coexistere creaturas in possibilitate esse possibile, quia coexistentia dicit similitudinem, sed ait, possibilitatem creaturarū necessario sequi ad perfectionē absolutam, quam importat divina omnipotentia; paritas etiam, quam alimut ad hanc necessitatem divinæ volitionis probandam ex scientia simplicis intelligentiæ, non curit in omnibus, qui ut sepe dictum est intellectus est potentia naturalis, que prout de hoc possibile, & alius. Respondet, voluntate antecedente, quæ vult Deum omnes homines salvos fieri, non solum respicere possibilitatem salutis omnium, sed terminari etiam aliquo pacto ad esse actuæ salutis omnium; & idem non est omnino simplex complacitæ, sed est voluntas efficaciter conditionata per hanc conditionalem explicatam, vellem, omnes salvos fieri, si ipsi vellent, & idem esse potest alius liber, quia variatio assignari potest ex parte futuri conditionari, quod re vera per talem actum extrahitur de statu puræ possibilitatis, & in statum futurorum transferitur; licet huius conditione, quod sufficit ad salvandum transitum cum mutatione in altero extremorum, ut dictum est disp. 3. n. 262.

transire de contradictorio in contradictorium, hoc est, cum intelligitur in hoc signo volens, & in priori signo ad utrumque indifferens, variatio assignari potest ex parte objecti, qualis variatio assignari nequit in creaturis possibilibus, quando transire intelligitur de non esse volitio ad esse volitum per simplicem complacitiam, quia quoad esse possibile semper sunt necessaria; & semper eodem modo se habent, unde variatio assignari debet ex parte divinæ voluntatis.

Tertio arguitur ad idem, quia ea tantum Deus necessario diligit, sine quibus non posset suum esse perfectè existere, at sine creaturis possibilibus potest divinum esse perfectè existere, ergo &c. Tum 2. quia habitudo divinæ voluntatis ad creaturas possibiles non est tam necessaria, quam ad propriam bonitatem, alioquin æquè penderet à bonitate creata, sicut increata; ergo potuit in Deo non esse, quia quicquid necessarium non est, ut Deus, potest in Deo non esse. Tum 3. quia in creatura possibili non est infinita bonitas, que necessario divinæ voluntate movere possit, quæ ad specificationem, & exercitiū; Tum 4. divina voluntas est libera ad extrā; ergo liberè ferri debet in quodlibet objecti creati. Tū tandem, quia nec quidē postea voluntas nec esset ut ad creaturas in esse possibile amādas ergo multo minus divina, que magis est libera.

Resp. gratis concedendo; necessitatem prædictæ dilectionis non oriri ex eo capite, quod Deus egat creaturis possibilibus, aut illas necessario coexistat ad suum esse, sed ex alio capite iam assignato. Ad 2. patet per idem. Ad 3. gratis concedo, neq; ex eo capite assignato in argumento oriri necessitatem divinæ dilectionis, neq; ex bonitate necessaria creaturarum in esse possibile, quia semper limitata est; sed oritur ex modo operandi divinæ voluntatis circa objectum necessarium, & semper eodem modo se habet. Ad 4. verū est assumptū de actu efficaci, & in ordine ad futura, nō autem de actu simplicis complacitæ in ordine ad possibilia præcise. Ad illi, negatur paritas de divina voluntate, & creata, nam hæc suspēdit se potest omni actu circa quodcumq; objectū, que est perfectio cū imperfectione ad mixta, tum quia creata voluntas versatur circa objectū per adū sibi superadditū, & ita ex parte illius potest esse mutatio, quod in divina voluntate nō est ad mittitū.

Quarto ad idem amor, quo Deus vult saltem omnium hominum, sine dubio est liber; cum nihil sit, quod necessitè Deū ad talē amorē, sed ille versatur circa possibilia, scilicet salutē reproborum; ergo possibilis omnia amatur à Deo libere, eam eadem sit ratio de hoc possibile, & alius. Respondet, voluntate antecedente, quæ vult Deum omnes homines salvos fieri, non solum respicere possibilitatem salutis omnium, sed terminari etiam aliquo pacto ad esse actuæ salutis omnium; & idem non est omnino simplex complacitæ, sed est voluntas efficaciter conditionata per hanc conditionalem explicatam, vellem, omnes salvos fieri, si ipsi vellent, & idem esse potest alius liber, quia variatio assignari potest ex parte futuri conditionari, quod re vera per talem actum extrahitur de statu puræ possibilitatis, & in statum futurorum transferitur; licet huius conditione, quod sufficit ad salvandum transitum cum mutatione in altero extremorum, ut dictum est disp. 3. n. 262.

QUESTIO SECUNDA.

An Deo decreto suo absoluto, & efficaci prædefiniat omnes actiones nostras liberas distincte, & in particulari.

Nomen prædefinitionis hic non sumitur, ut significat specialem quamdam, & rigorosam definitionem divinam in ordine ad actus supernaturales, & meritorios ad divinam prædestinationem spectantes, de qua loquimur inferius disp. 5. num. 225, sic enim certum est non habere locum circa omnes effectus, & actus nostros liberos; sed sumitur in sensu latiori, ut significat actum internum voluntatis divinæ in Deo ab æterno existentem, per quem decernat absolvent, & efficaciter effectus liberos voluntatis creare, priusquam in tempore fiant, & à Deo cognoscantur per scientiam visionis ut futuri, quo quidem sensu omne divinum decretum prædefinitio dici potest effectus futuri, ut potest antecedente tempore, & causalitate executione tunc definit; ita Fasolus qu. 23. art. 4. dub. 1. Lezana tract. 4. disp. 5. qu. 9. & alii Auctores passim nomen prædefinitionis accipiunt in hac questione. Et quia actus humani sunt in triplici differentiæ, alii sunt moraliter boni, alii vero moraliter mali, alii indifferentes; & rursus actus moraliter boni, alii sunt ordinis naturalis, alii ordinis supernaturalis, quamvis ad omnes ordinum propositum extendatur, specialis tamen est difficultas de actibus moraliter malis, Vulpes tom. 3. p. 2. disp. 7. art. 10. num. 2. ait de re circa

etiam hoc punctū nullū esse inter Doctores diffidium, omnes enim, vel affirmant decretum divinæ voluntatis antè omnem certam, determinatam; præscientiam futurorum ex tendi ad universos effectus absolutè futuros extrā Deū, sive immediatè, sive interventu causarum secundarum naturaliter, & liberè agentium, ut Alvarez pro præcisè testatur. Vel extendi ad effectus quoscumque futuros ex causis prædictis, post scientiā certam, qua divinus intellectus ex eminentiā ac infinitudine suæ virtutis penetrans perfectè causas secundas conditionatè cognovit, quid in unoquoque ferum ordine cum generali concursu facti futura ex hypothesi Deus velit cū eis agere, ut Recentiores Molina, Suarez, & alij ejustem instituti, unde concludit, solum esse diffidium an huiusmodi decreta antecedant omnem scientiam, tam absolutam, quam conditionatam ut Thomistæ opinantur, an potius scientiam saltem conditionatam sequantur, ut volunt Neoterici Societatis Theologi, sic etiam dicitur Fasol. q. 23. art. 4. dub. 5. n. 68.

Sed quamvis re vera ita sit, quod omnes huiusmodi decreta respectu quorumcumq; futurorum admittit in Deo, vel antè quacunq; determinatam eorum præscientiam, vel saltem post præscientiam eorum conditionatam in nihilominus Suarez lib. 2. de divinis auxiliis c. 7. Zamel q. 22. art. 4. dub. un. Vasquez p. 1. d. 8. c. 1. Alvarez d. 18. quorundam refertur opinionem negantiam, actus humanos liberos esse per providentiam Dei ab æterno prædefinitos in particulari, & quoad omnes illorum circumstantias positivas; imò Nazar. q. 22. art. 4. dub. 1. tribuit Moling. quod dixerit, opus non esse, omnes effectus liberos esse à Deo prædefinitos, sed sufficere, quod omnes sint prævisi etiā in particulari, atque à divina providentia ob debitum finem permitti, & quod mors illius, quidam natare vellet, præter suam intentionem suffocatus est, non fuit intenta, & volita à Deo, sed permittit duntaxat; à qua opinione nititur Pennotus Molina liberate lib. 4. Propugnaculi cap. 8. n. 5. amicè illum interpretando. Amicus autem cap. 14. de Voluntate Dei se. 5. negat, huiusmodi prædefinitionem actuū in individuo esse necessariam, vel ad perfectam Dei providentiam, vel ad essentialē subordinationem causæ secundæ ad primam salvandam. eam tamen admittam posse præscientiam conditionatam non pugnare cum libertate, quam inquit, esse communiorē sentiam inter Theologos suos fide Societatis, & ex initio doctum Suarez in opuscul. li. 2. de concursu Dei c. 7. n. 4. ubi ait, quod magis prædefinitione selecta divina providentia perfectā, omnibusque numeris absoluta manet; an verò de facto omnes actus nostri, liberi fuerint à Deo prædefinito, non resolvit Amicus loco citato, sed tantum ait, huiusmodi prædefinitiones necessarias non esse, necque ad divinam providentiam, neque ad essentialē subordinationem causæ secundæ ad primam, Neq; Auctores isti explicari possunt, quod negaverint divinas prædefinitiones in sensu Thomist. tantum, quatenus significant divina decreta omnino antecedentia usū nostræ libertatis, quod pacto re vera negari debent, ut constat ex dictis disp. præcedent. quæst. 3. art. 3. nam Suarez loco citato explicat, se nomine prædefinitionis intelligere decretū divinæ voluntatis absolutū, & efficacē, quo voluit, talem actū à me fieri, antequam præficeret absoluta præscientia, me illum facturum, & antequam voluerit, vel permiserit esse, & applicaret causas, quæ illum effectum in tempore producturæ, & Amicus concl. 2. ait, quod licet prædefinitio actuum necessaria nō sit, cum libertate tamen creata non pugnat, & declarat se loqui, non de prædefinitione ponitur à Thom. omnino usum nostræ libertatis antecedente, hæc enim, inquit non stare cum libertate, sed de prædefinitione cōsequente scientiam conditionatam, ut ponitur ab ipsis; Sed quicquid sit de opinione horum Auctorum, & an in sensu magis speciali de prædefinitione loquantur, cum non satis se declarant, quid in rei veritate statuentium sit, breviter aperiemus.

ARTICULUS PRIMUS.
Resolutio Quæstii.

36 Dicendum Primo, omnes humane voluntatis actus moraliter bonos, vel indifferentes (nam de malis speciatim postea dicemus) quantumcumq; liberos esse à Deo ab æterno absolute prædefinitos prædefinitione efficaci, & absoluta iam ab initio quæstionis declarata (nā in sensu specialiori, de quo infra disp. 5. p. 224. certum est, non esse prædefinitos omnes) hancque necessariam esse ad salvandam, non solum essentialē subordinationem causæ secundæ ad primam, sed etiam perfectam Dei providentiam, prout hæc communiter à Doctores explicari solet. Hæc est communis Doctorū sententia, & præsertim Scoti pluribus in locis r. d. 38. D. ubi inquit, necesse esse ponere primam determinationem in voluntate di-

vina respectu omnium factibilium, etiā in particulari; & 29 s. v. s. de contingentiā, & quol. 14. s. hic intelligendum docet, Deū universā cognoscere futura ex liberis decretis suę voluntatis, quod etiam repetit 2. d. 37. s. contra istam, & p. d. 41. D. & 47. in fine docet, Deum certò cognoscere peccata ex eo quod scit, se cooperaturum ad substatum peccati, si est commissio, nis, vel non cooperaturum ad actum bonum, si est ommissionis, Neque Neotericos citatos id negare opinor, quamvis enim dicant, ad providentiam, prout ab ipsis explicatur, divinam prædefinitionem necessariam non esse, absolute loquendo tamen ipsi quoque de facto tenent, dari in Deo decreta absoluta æterna respectu cuiuscunq; in tempore futuri, ut constat ex dictis disp. præcedent. unde Suarez lib. 1. de absoluta scientia futurorum cap. 8. in fine ait, ad cognoscenda futura contingentiā perfectè necessariam esse cognoscere decretum divinæ voluntatis, à quo unumquodque futurum est, imò ibi fatetur, talè decretum esse etiam necessarium respectu actus peccaminosus, quia licet non detur decretum ullum positivum de peccato, prout peccatum est, tamen actus ipse liber, quod peccatum sit, & sine quo non ferret, est ab aliquo decreto Dei in suo genere, & 3. p. tom. 1. disp. 37. sec. 4. universali dicit, omnes actus liberos fuisse à Deo absolute prædefinitos, & hanc opinionem existimat probabiliorē.

Brimò probatur expressis Scripturæ, & Patrū testimoniis, 27 ad Eph. 1. omnia operatur secundum consilium voluntatis suę, & Sap. 14. Tu autem Pater gubernas omnia providentia, & Ecclesia Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur, quæ auctoritates significant, omnia futura, nedum in particulari esse à Deo prævisā, sed etiam ordinata, ac disposita secundum voluntatis suę consiliū, & providentiæ ordinem non enim prudens, & perfectus gubernator dicitur, qui solum conditionatè confuset, & in generali, non autem absolute, distinctè, & in particulari res facticias disponit, alioquin in sui dispositione posset falli. D. Aug. in Soliloquiis cap. 26. priusquam me formares in utero, visti me, & antequam exirem de vulva, quicquid tibi placuit, præordinasti de me, & tr. 104. in Joella verba, Pater venit hora, & c. ostendit inquit, omne tempus, & quid, & quando faceret, cæl fieri, sicut, ab illo esse d. positum, & in ipso, &c. ab initio inquit, ante mundi constitutionem ea, quæ ad nos pertinebant, præscripta, & prædefinita; solum tamen adduci auctoritas Dionisi de divinis nominibus cap. 5. ubi clarissimè ponit prædefinitiones in Deo respectu omnium, quæ sunt in tempore, sed non ad rem, quia per eas prædefinitiones intelligit ideas, & exemplaria omnium rerum, que sunt ad extrā, non autem decreta libera, de quibus hic sermo. Denique est insignis auctoritas Concilii Valentini sui Lotarii cap. 3. ex Aug. docentis apud Deum de omnibus rebus, tam fixa est sententia, quam certa præscientia.

Secundo probatur ratione deducta ex essentiali subordinatione causæ secundæ ad primam, ad ea omnia se extendit divinum decretum, ad quæ se extendit divina causalitas, & ratio est, quam assignat Scotus 2. d. 1. quæst. 2. D. quia agens liberum, ut est Deus, eadem volitione antiqua effectum novum producit pro tunc, quando vult effectum novum esse, non est enim necesse, si sempiternaliter vult, pro sempiterno etiam velle; at ex vi subordinationis essentialis secundæ causæ ad primam divinam causalitas se extendit ad omnes actus quantumcumque liberos; ergo ex vi ejustem subordinationis divinum decretum extenditur ad omnes actus liberos; & sicut divina causalitas extenditur ad omnes actus humanos, non solum in communi, & in confuso, sed etiam distinctè, & in particulari, ita quoque, & divinum decretum. Confirm. quicquid Deus verè in tempore efficit, verè etiam ab æterno efficit decrevit, cum Deus in tempore agat per realem influxum, immediate exhibitur à virtute sua causativa, per decretum liberum suę voluntatis ad agendum applicata, ut docet Doctor 1. d. 45. Respondeo, ergo præcesserunt in Deo ab æterno decreta libera respectu omnium effectuum à quavis causa secunda futurorum, quia causæ omnes sicut in essendo, ita in operando essentialiter à prima causā dependent.

Respondent Adversarii præsertim Molin. & Suarez disp. 22, Met. sec. 4. Deum utique verè habuisse ab æterno voluntatem futuritionis actus cuiuscunq; liberi, non tamen ab solutam, & efficacem, sed conditionatam, si nempe causā secundā libera velit concurrere, & ad illum effectum se determinare alioquin cum causā libera concurreret, sicut cū causā naturali concurrat absolute, ac ad unum determinatum, quod etiam confirmat Amicus disput. 14. cit. nu. 148. Contra, quia cum

cum Deus non operetur ad extra nisi ex sua voluntate con-
 sequente, & efficaci, quae & ultima, & absoluta dicitur ob
 rationem tactam à D. Thoma p. 1. q. 19. art. 6. in corpore, con-
 sequenter quicquid in tempore fit, nedum fieri non potest sine
 absoluta Dei voluntate, sed nec fieri, nisi Deus ex illa sua
 absoluta voluntate concurrat, & applicet determinatam suam
 virtutem ad hunc actum. Tum quia voluntas conditionata, ut
 talis, nihil causat, nisi quando purificata conditione trahit in
 absolutam, cum ergo actus nostri liberi ab aeterno sint absolu-
 ti futuri, & ut tales cognoscantur à Deo, dicendum est, fuisse
 in eo voluntate absolutam, & efficacem circa illos. Tum quia
 nisi ex sua illa absoluta voluntate concurreret in tempore, quia
 vult determinatam talem effectum esse, sequeretur, quod Deus
 non posset determinatè, & certò cognoscere, illum actum esse
 futurum ex sua illa determinatione, quia vult concurrere ad
 eum actum, consequens esse falsum, quia sicut docuit Scotus lo-
 co cit. initio questionis, nullo modo cognoscit Deus futu-
 rum, nisi cognoscendo suam voluntatem cooperaturam ad il-
 lum actum, consequentia deducitur, quia voluntas absoluta,
 solita, quantum est ex parte sua, & conditionata, quantum est
 ex parte arbitrii cooperantis, sicut non sufficit ad ponendum
 effectum in esse, nisi arbitrium creatum consentiat, & cooperari
 velit, ita non sufficit, ut Deus per illam certò, & determi-
 nate cognoscat, effectum illum determinatè esse futurum,
 quia posita voluntate illa absoluta Dei est illius non repu-
 gnans, voluntatem non consentit, quippe quod ponitur so-
 lum absoluta ex parte Dei, & conditionata ex parte arbitrii
 creati. Neque hinc sequitur, Deum concurrere cum causa li-
 bera, sicut cum naturali, & necessaria, quia quamvis quoad
 concurrere exhibitur, & in actu secundo dici possit Deus con-
 currere aequè deperatam cum libera, sicut cum naturali con-
 currere, quia tam hæc, quam illa in exercitio determinatum
 actum agunt, & idè utraque determinatio Dei concursu in-
 digent, differunt tamen quoad concurrere paratum, & in actu
 primo, hunc enim semper habet causa libera ad utrumlibet para-
 tum, causa verò naturalis ad unam tantum partem parati, & ad
 oppositam denegatam, quod etià concedit Fafolus, q. 23. a. 4. l. ubi
 2. n. 29. ubi ait, primò decretum, quod vocat indifferens, se tene-
 re ex parte potentie, cum vi huius habeat causa libera posse
 operari utriuslibet, secundò verò ex parte actus, cum vi illius
 habeat causa libera esse operaturam unum determinatè.

29 Tercio tandem probatur ratione ducta ex divina providen-
 tia, quæ cum dicitur ratio ordinandorum in finem, consu-
 quenter necessario supponit, vel involvit voluntatem præor-
 dinantem, cum ergo Deus omnium actuum liberorum perfec-
 tissimam habeat providentiam, dicendum est, illos esse à Deo
 præordinatos, & prædefinitos, quæ ratio ex D. Thome deducit
 lib. 2. adversus hæreticos. 45. ubi ait per Dei providentiam
 immo quoad operum, quæ facta sunt, & que sunt, & sicut à Deo
 ordinata, numerum. Quæ prædicta accipere & accepisse pro-
 priam. Confirm. quia divina providentia non solum includit
 actum intellectus, quo Deus servat in omnes, & singulas crea-
 turas in particulari, sed etiam actum voluntatis, quo eas distin-
 git, & in particulari vult, sed si humanos actus etià in indivi-
 duo ab aeterno nõ decerneret, ac prædefinitet, profectò fierent
 præter ipsius voluntatem, & intentionem, ergo &c.

Respondet Amicus loco citato, ut aliquid sit à Deo volitum,
 non est necesse, ut sit volitum immediate, & in se per actum
 absolutum, quo pacto dicitur volita, quæ sunt ab ipso præ-
 definita, sed sufficit, si sit volitum in alio, nempe in causa, & per
 actum conditionatum, si voluntas ipsa creata cooperari vo-
 luerit, nam de actibus sic volitis perfectam potest habere pro-
 videntiam, tum omnes, & singulos distinctè prævidendo, tum
 in causa, & dependenter à voluntate create eos volendo, aut
 permittendo, ad suosque fines ordinando, ut constet in pecca-
 to, quod Deus perfecte prævidet, & ordinat ad manifestationem
 suæ justitiæ, absque eo, quod illud prædefiniat, sed tantum
 permittat, ex quo tandem infertur, ad perfectionem divine pro-
 videntie non spectare, ut omnia, & singula sint in seipsis im-
 mediatè, & absolute inventa, sed facta est, si tantum mediatè in
 suis causis, & sub conditione, si causæ libere cooperari vo-
 luerint, sint volita. Hæc responsio ex modo dictis tuit, quia vo-
 luntas conditionata nequit esse immediatè principii alicuius
 effectus, nisi purificata, & posita conditione transeat in abso-
 lutam, ergo Deus non potest esse causa alicuius effectus futuri
 per voluntatem conditionatam, sed per aliquam absolu-
 tam, tum quia ex vi talis conditionatæ voluntatis nequit præ-
 certò prævidere, talem effectum determinatè futurum, ut iam
 probatum est, ergo per voluntatem conditionatam nequit Deus
 perfectam de actibus futuris habere providentiam, singulos dis-
 tinctè prævidendo, & ad suos fines infallibiliter ordinando.
 Quod verò attinet ad peccata, quomodo sint à Deo volita, &

qualem circa ipsam exercet, providentiam constabit quæst.
 sequuntur solum adverte, non eandem Deum exercere provi-
 dentiam circa actus bonos, & malos, nam actum bonorum
 dicitur Deus auctor, non malorum, hinc Aug. in Enchirid. ca.
 95. & 96. duplicem hanc aliter rationis in finibus providen-
 tiam circa bona, & mala inquit, non ergo fit aliquid, nisi om-
 nipotens fieri velit, vel sinendo, ut fiat, vel ipse facturus. Quæ-
 vis ergo concederemus, quod in peccato datur prævisio,
 & ordinatio eius in finem absque eo, quod illud prædefiniat,
 sed tantum permittat Deus, hinc non sequitur, nullam univer-
 saliter urget necessitatem ponendi prædefinitiones humanorum
 actuum, ut deducit Amicus in sua prima conclusione argu-
 mento ex peccatis deducto, quia præter actus moraliter ma-
 los, dantur quoque actus indifferentes, & boni ordinis natu-
 ralis, & supernaturalis, cuiusque actus huiusmodi non tantum
 permittat, ut malos, sed positive, & ex intentione velit
 cum nostra voluntate, sicut eum ea eodem elicit in tempore,
 consequenter saltem per huiusmodi actibus, de quibus præ-
 fertim est præter quælibet, debet admitti æternæ prædefinitio-
 nes in Deo, nec univertaliter asseri potest argumentum ex pec-
 catis deducto, quod huiusmodi prædefinitiones non sint nec-
 cessarie, sed ad summum inferri poterit, quod non sint nec-
 cessarie pro actibus malis, quod etiam, quo pacto intelli-
 gendum sit, q. seq. examinabimus.

30 Dicendum est secundò, prædefinitiones huiusmodi nec esse
 omnino antecedentes usum nostræ libertatis, nec omnino il-
 lum consequentes, quasi supponant prævisionem effectus à
 voluntate creata futuri sub conditione per scientiam mediã,
 sed præcise concomitantes modo explicato dict. præced. q. 3. ar.
 8. Conclusio satis constat ex dictis ibidem, nam ar. 4. illius q.
 3. sicut etiam ar. 2. q. 4. ostendimus, dari non posse prævisionem
 effectus futuri sub conditione antè quod ducit decretum di-
 vine voluntatis, quia sicut futurio absoluta pendet à decre-
 to absoluto, ita & futurio conditionata à decreto conditiona-
 to, & ar. 7. eiusdem q. 3. ostendimus, prædefinitiones æternas
 antecedentes cum libertate nostra non bene componi, atque
 idè eòclusimus ar. 8. non posse tunc admitti, nisi prædefinitio-
 nes omnino concomitantes, quæ sicut involvunt virtualiter
 usum libertatis nostræ, ita quoque cum eo sunt composibiles,
 & quia illum non involvunt formaliter, sed prævisionem effec-
 tus liberi sub conditione futuri, sed tantum ratione virtualis
 cõtinentie voluntatis create in divina, ut in primo libro,
 ex qua continentia habet, ut possit coincidere ab aeterno in
 eadem omnino determinationem, in quam incidit creata vo-
 luntas in tempore, idè omnem prævisionem excludunt effectus
 futuri antecedentes decreta divine voluntatis, unde de pro-
 huius asseri probatione opus non est hæc ulterius immorari.

31 Hic solum examinanda venit singularis opinio Penotti lib.
 4. cap. 12. ubi enim assertores scientie mediæ, quam & ipse am-
 plectitur toto lib. 3. & 4. concedunt, omnes actus liberos esse
 prædefinitos antè præscientiam absolutam ejusdem determi-
 nationis, ut potè à qua talis scientia absoluta in sua certitudi-
 ne dependet, non tamen antè scientiam conditionatam, quæ
 dicitur, in sua certitudine à nullo divino decreto dependere,
 sed tantum ex infinito, & eminentia divini intellectus, &
 seibilitate futuri conditionati in seipsis, hinc Auctor asserit, nul-
 lum effectum liberum esse à Deo efficaciter prædefinitum antè
 prævisam determinationem voluntatis create, ut absolute fu-
 turam, sed in eodem instanti fuisse, tum prævisionem determi-
 nationis voluntatis create, tum prædeterminationem effica-
 cem voluntatis divine, quod probat, quia si aliquid prævide-
 tur futurum sub conditione, sicut posita conditione prævide-
 tur futurum absolute, ita in eodem instanti, in quo prædefini-
 tur conditio, prævidetur etiam futurum absolute, & omnes
 actus liberi, qui actu succedunt in tempore, sunt à Deo prævi-
 si futuri sub conditione, si Deus vellet illorum causas consti-
 tuere in tali ordine cum talibus circumstantiis, prævidit enim
 Deus, quod si vellet volitum cum constituere in istis circum-
 stantiis, in quibus modò iam constitutus voluntas mea libere
 se determinat ad scribandam hanc disputationem de divinis
 prædefinitionibus, ergo in eodè instanti, in quo decrevit, volun-
 tate meã constituere in istis circumstantiis, vidit absolute, &
 non amplius sub conditione voluntatis create, sed determinatè
 tum ad hunc actum scribendi, neq. n. opus fuerit expectare aliud
 instanti ad videndum huiusmodi determinationem futuram absolute.

32 Hic tamen dicens modò irrationabilis omnino videtur,
 nã sicut actualis existentia effectus ab aliqua conditione pen-
 dentis, dependet ab ea conditione, ut actu posita in esse, tan-
 quam à causa, sic pariter futurio absoluta talis effectus depen-
 det à decreto absoluto de tali conditione ponenda, ergo impos-
 sibile est, ut in eodem omnino instanti, quo ponitur de-
 cretum absolutum de purificanda conditione, prævideatur
 etiam

etiam effectus à tali purificata conditione dependens, tanquã
 à causa, ut absolute futurus, antecedens patet, quia in hoc cõ-
 sistit essentia futuri sub conditione, ut nequeat poni in esse, nisi
 prius posita, & purificata conditione, à qua dependet in esse,
 tanquã à causa, & probatur consequentia, quia omnis causa na-
 tura sua præcedit effectum, & repugnat ut in omnino eodem
 instanti natura simul esse cogitentur, quia talis dependentia
 infert necessitatem nature prioritatem, ergo in eo signo, in quo
 ponitur decretum de conditione ponenda, non intelligitur
 statim effectus esse absolute futurus, seu futurio absoluta
 effectus, quia effectus, ut sic, nequit cogitari in eodem omni-
 nõ signo natura habere esse cum sua causa, sed tantum in po-
 steriori signo, ergo effectus prius debet esse prædefinitus per
 efficacem decretum, quàm per scientiam visionis prævideatur,
 ut absolute futurus. Confirmatur, quia quando etiam conce-
 detur, futurionem absolutam effectus in eodem omnino
 signo habere esse cum sua causa, scilicet cum decreto abso-
 luto de ponenda conditione, adhuc in eodem signo nequit
 à Deo prævideri, ut absolute futurus expositione talis condi-
 tionis, sed tantum in posteriori signo, ratio est, quia scientia
 visionis non est causa futurionis rerum, sed e contra,
 adeo quod talis scientia supponit rem absolute futuram ex
 vi decreti absoluti, ut & ipse concedit lib. 3. cap. 11. num. 5.
 ergo in aliquo priori signo datur, vel intelligitur futurio
 rei absoluta, quàm per scientiam visionis prævideatur, ut
 absolute futura. Conf. adhuc ex illo eodem exemplo, nam
 prius est in tempore, me Deum constituere in tali occasione,
 in qua postum vidit, me conditionatè disputaturum v. g. si
 fuero in schola, vel disputatio publice interfuero, quàm
 mecum actu concurrere ad disputandum, ergo pariter ab
 aeterno prius decernit, me ponere in tali occasione, & inde
 decernit, & prævidet, me absolute disputaturum. Accedit,
 quod ut non semel dictum est d. i. p. præced. præferunt nu. 100
 antè absolutam prævisionem effectus, qui erat conditionatè
 futurus, præter antecedens decretum conditionis, requiritur
 etiam aliud consequens decretum effectus, ut docet Fafolus q.
 14. art. 13. dub. 14. numero 168. ex communi calculo asserto-
 ri scientie mediæ, ergo saltem est, posito solo decreto condi-
 tionis statim in eodem instanti prævidetur effectus absolute
 futurum, quia effectus ad suum esse præter in fluxum conditio-
 nis posita requirit etiam divinum influxum immediate respic-
 ientem esse effectus, quod ab aeterno non exhibetur, nisi
 per distinctum decretum, quàmvis ergo in sententia asserto-
 ri scientie mediæ, quam profertur Pennotus, concedi
 debeat, nullum effectum liberum à Deo absolute prædefini-
 antè scientiam conditionatam, negari tamen nequit, quin ab-
 solutè prædefiniatur antè scientiam liberam absolutam, quæ
 dicitur visionis, hinc enim secundum omnes Theologos etiam
 scientie mediæ assertores, sequitur divina decreta, & absolu-
 ta, & absolutam rem futurionem.

33 Neque ratio ab opinante adducta est alicuius momenti, si-
 quidem major est falsa quod secundam partem, nempe in e-
 odem instanti, in quo prædefinitur conditio, prævideri etiam,
 effectus ab ea dependentem absolute futurum, quã estõ dicat
 arguens, esse per se manifestam, mihi tamen talis non videtur,
 cum enim decretum de conditione ponenda sit causa absolu-
 te futurionis effectus, & futurio effectus sit objectu sci-
 entie visionis, planè in causa saltem natura prædemonstrat effec-
 tus, & objectum visioni, impossibile est in eodem omnino si-
 gno, in quo prædefinitur conditio, prævideri etiam effectum, ut
 absolute futurum, & omnino opus est saltem secundum nostram
 intelligendi modum expectare aliud postius instanti, ad vidè-
 dam huiusmodi determinationem absolute futuram. Sed rursus
 replicat ibi num. 2. arguens, quem ordinem habent adiuicem
 concurrunt Dei in tempore, exhibentur, & determinatio nostræ
 voluntatis ad actum liberum, eandem quoque habeant in di-
 vine prædefinitione, sed in tempore determinatio voluntatis
 nostræ est in eodè instanti à Deo, & à voluntate create, influxus
 etiam in effectum est in eodem instanti ab utroque, ergo in
 eodè instanti fuerunt ab aeterno divina prædefinitio, & libertas
 determinationis voluntatis humane præscientia. Verùm hoc
 argumentum est in quatuor terminis, & amplius colligitur in
 conclusione, quàm seminatè fuerit in præmissis, nam in majori
 & minori semper fit sermo de determinatione divine volun-
 tatis, & humane, & de utriusque influxu in communem effec-
 tum, & assumit, quod sicut sunt simul de presenti in tempore
 simulatè in quo, ita, & simul fuerint de futuro ab aeterno, quia
 non aliter res facit in tempore, quàm voluerit ab aeterno, quod
 non gratis concedimus, imò hinc non semel deduximus com-
 mitantiam divini decreti ab aeterno cum voluntate create, ad
 postea in conclusione eadem simulatè infertur, nedum
 inter determinationem nostræ voluntatis, & divine decre-

tum, sed etiam inter divinum decretum, & præscientiam li-
 bere determinationis humane voluntatis, de qua præscientia
 nulla penitus est facta mentio in præmissis, quæ si facta esset,
 aliqua earum negata fuisset, nam aliud est loqui de determi-
 nationibus divine, & create voluntatis, aliud verò de præsci-
 entia determinationis create voluntatis, ut absolute futuræ, illæ
 quidè esse possunt, & debet esse simulatè simulatè in quo
 formaliter quidem in tempore, virtualiter ab aeterno, non ta-
 men divina prædefinitio, effectus futuri, & præscientia talis
 effectus, ut absolute futuri, ob rationem allatam, quia divina
 prædefinitio, ut virtualiter creatam involvens, est causa abso-
 lute futurionis cuiuscunque nostri actus liberi, & sicut ipse
 dat certitudinem, & absolute veritatem futuris absolutis, sic
 pariter ab eadem divina prædefinitione accipit scientia visionis
 suam certitudinem, & absolutam veritatem, ac immuta-
 bilitatè, atque idè nequeunt in eodem proforsus instanti nature
 simul cogitari, sed prius est cogitata divina prædefinitio, & ef-
 fectus futurus ab ea dependens, & postea scientia visionis ad
 talem effectum absolute terminata ex vi divine prædefinitio-
 nis, qua de causa Conc. Valentinus cit. prædefinitionem antepo-
 nit præscientiam dicens, *Apud Deum ut S. Aug. ait, de omnibus
 rebus, tam fixa est scientia, quàm certa præscientia.*

ARTICULUS SECUNDUS. Obiectiones solute.

34 In oppositum obijciunt Primò huiusmodi prædefinitiones
 respectu actuum liberorum esse impossibiles sine præiudicio
 humane libertatis, quia quando necessitas eliciendi actum ori-
 tur ex suppositione præcedente meam libertatem, ab eaque
 nullo modo pendente, tollit libertatem, quia tunc, nec mihi
 liberum est tali suppositione posita actu non eliceret, nec quic
 quam facere, ut talis suppositio non ponatur, cum illa suppo-
 nitur poni antecedenter, & independentè à mea libertate,
 sed talis esset necessitas eliciendi actum a moris, v. g. posteo de-
 creto prædefinitivo Dei, nam nec eo posito posse actum a moris
 nõ eliceret, nec mihi liberum esset, ut tale decretum nõ pone-
 retur, cum illud pendat ex sola voluntate Dei, independentè
 à quocunque actu libero meo. Conf. nam vel huiusmodi præ-
 definitio est necessaria ad existentiam nostrorum actu liberorum,
 vel non, si secundum ergo fructu ponitur, si primum, duo in-
 convenientia inde sequi videntur, primum est, quod in nobis
 nõ maneat libertas in ordine ad actus nõ prædefinitos, libertas
 nõ importat facultatè expeditã, & habentem omnia necessaria
 ad prorumpendum in actum, cum ergo voluntas in ordine ad
 actus nõ prædefinitos nõ habeat talè prædefinitio, nõ habet
 bit quicquid est necessarium ad eliciendum actum liberum, secun-
 dum est ad idem, quod si huiusmodi prædefinitio necessaria
 est ad existentiam actuum nostrorum liberorum, solum erit in
 potestate nostra eliciere actus prædefinitos, non autem alios.

35 Respondeo, argumentum urgere ponentes huiusmodi præ-
 definitiones omnino antecedentes usum nostræ libertatis, nõ
 autè nos ponentes illas metè cõmittentes, quæ proinde faciunt
 necessitatè orientè ex suppositione consequenti, non autè an-
 tecedenti, ut latè explicatum est d. i. p. præced. p. 3. art. 8. per
 totum, ubi diximus, determinationem divine voluntatis nec
 esse priorem, nec posteriorem natura, vel tatione determi-
 natione voluntatis create, sed esse profors simul cum ea loquen-
 do de ordine causalitatis, licet ea formaliter præcedat priori-
 tate æternitatis ad tempus, ratione cuius concomitantia dici
 etiã potest aliquo modo, determinationem divine voluntatis esse
 in nostra potestate, quantum sufficit ad salvandã libertatè in
 ordine cause secundæ libertatè, ut explicatè etiã est quæst. 3. d.
 præced. n. 204. quæ responsio, an ad huc fit insufficientis, ut Pennotus
 existimat. lib. 4. c. 23. in fine, examinandū est infra q. 4. Ad
 conf. inquit Lezana cit. divina prædefinitio non esse neces-
 sariã ad eorum existentiam tales actus fieri sine illa, sed solum ex
 parte Dei, & perfectè providentia ipsius, Sed hæc solutio nequit
 subsistere, quia jam probatè est, divinã prædefinitioem esse
 necessariam nedum ad salvandam divinã providentiam, sed
 ad salvandam dependentiam humanorū actu à prima causa,
 & subordinatè essentialè cause secundæ ad primam, ex
 quibus duobus capitibus etiam, & ipse hanc necessitatè arguit
 conclusione prima, quia, inquit, voluntas Dei est causa rerum
 ergo retū absolute, & efficaciter futurari debet dari pro cau-
 sa voluntas efficacè Dei, nam si autè divinum decretum esset
 aliquis effectus absolute futurus, tunc creatura secundum ali-
 quam rationem esset independentis à Deo, quare hæc solutio
 contradicere probationi conclusionis, nec argumentò satisfac-
 it, quia prædefinitio divina planè necessaria est ad existen-
 stentiam actuum liberorum nostrorum, nam ex vi eius in eter-
 nita

nitate precedens applicatur divina voluntas ad concurrendam in tempore cum nostra voluntate ad eos eliciendos. Concedenda igitur est prima pars assumpti, & negandum est sequi illa duo inconvolutionem, quæ tamen ad hoc unum tantum reduciuntur, quod solum esset in potestate nostra elicere actus prædefinitos, non autem alios; quia cum Deus ab æterno determinatur concurrere cum creatore arbitrio ad unum effectum non solum non denegat, sed potius in actu primo paratum ad hoc tenet concurrere cum adpositum, ita ut dependenter ab hoc concursu in actu primo parato ad oppositum dependeat potestas libertatis creatæ, secundum quam potest in sensu diviso oppositum eius, quod determinatum est; sequeretur autem illud inconveniens, quando divina voluntas determinans, Petrus voluntarius hoc pro tali temporis differentia, non haberet amplius concurrens paratum ad oppositum, quod non sequitur in nostra sententia ponente illam determinationem metè concomitantem, sed tantum in sententia illam ponente prorsus antecedente usum libertatis nostre, nam eo ipso quod ponitur Deus sic antecedenter prædeterminare voluntatem nostram ad unam partem, signum est, nec habere, nec habuisse concursum paratum ad utrumlibet, sed tantum ad illam, ad quam placuit nostram prædeterminare voluntatem; ut dicitur est diff. præced. num. 163.

³⁶ Secundo arguitur talem prædefinitioem, si non est impossibilis, ut minimum necessariam non esse, quod probant testimoniiis Patrum id clarè dicentibus, Origenes hom. 3. in Genesim ait multa sine eius voluntate geruntur, nihil sine providentia. Damascen. l. 2. de fine cap. 30. ait Deus omnia quidem præcise, sed non omnia prædefinitur, præcise enim ea omnia que in nostro potestate, & arbitrio sua sunt, at non ea item prædefinitur, neque enim vitium admitti vult, neque voluntati vim asserit, & Greg. Nyssen. lib. 3. Phylsop. eccl. dicit ea, que pendunt ex nostra libera voluntate non esse subiecta divinæ providentiæ. Deinde Amicus cit. idipsi ratione probat, quia si talis prædefinitio necessaria esset, vel esset ad salvandâ divinâ providentiâ, quam habet Deus de singulis actibus humanis vel ad salvandâ essentiali subordinationem agentis secundum ad primam; sed ad primam necessariam non est, nam prævisio, & ordinatio alicujus in finem in quo consistit providentiâ, salvari potest absque prædefinitioem talis rei, ut in peccato constat, quod Deus perfectè previdet, & ordinat ad manifestationem suæ iustitiæ absque eo, quod illud prædefinit, sed tantum permittit; Neque ad alterum est necessaria, quia essentialis subordinatione secundum agentis ad primam non consistit in eo, quod voluntas nostra prædeterminetur à Deo ad talem actum ab æterno extrinsecè, & postea intrinsecè in tempore per aliquod prævium in ea receptum, sed in hoc solum, quod ad nullum actum possit seipsam determinare absque concursu actuali primi agentis; hoc autem salvari potest absque prædefinitioem actus, & prævia determinatione virtutis activæ ad talem actum per solum concursum actualem concomitantem absque ullo concursu natura, aut causalitate prævio ad talem actum.

³⁷ Respondeo, Patres memoratos sic loquentes intendere à divina prædefinitioem eximere tantum peccata, quæ sine voluntate Dei prædefinitè geruntur, non autem universaliter alios omnes bonos, aut ineffeferentes, de quibus hic est sermo; aut si omnes prorsus excludunt à divina prædefinitioem, loquuntur de prædefinitioem omnino antecedentè usum libertatis nostre, quæ necessitatem imponit, quo pacto Damascenum exponit D. Th. 1. p. q. 23. art. 1. ad 1. ubi ait, quod per prædeterminationem intelligitur impositionem necessitatis; & quidè, quod ex his duobus tantum capitibus intendunt Patres excludere divinas prædefinitioem consistat ex ultimis verbis Damasceni, ubi reddens rationem eius, quod dixerat Deum omnia quidem præcise, sed non omnia prædefinitur, ait, neque enim vitium admitti vult, neque voluntati vim asserit, quæ ratione etiam dixit Chrys. hom. 12. in epist. ad Hebræos post medium non antecedit voluntate nostræ sed leatur arbitrium nostrum ubi planè negare non intendit divinas prædefinitioem absolutè loquendo, sed tantum antecedentes usum nostre libertatis, ut ponitur à Thomistis; Origenes verò loquitur præcisè de actibus peccaminosis; Nyssen. tandem illo loquitur de omnibus, accipit providentiam in sensu Phylsophorum pro immobili rerum ordinè à Deo præfixo necessitatem inducente, & in hoc sensu ait, que pendunt ex nostra libera voluntate, non esse divine providentiæ subiecta. Quamvis autem actus peccati quoad ejus naturalem entitatem sit à Deo, & ab ejus divino decreto, ut constat; sequitur tamen morale ipsam malitiâ decreto constituique prædefinitivè, sed tantum permissivè, & alius dicitur Deus in scriptura peccata non velle, sed odio habere, & persecui; hinc usus obtinuit apud D. Aug. Damascenum, & alios Patres, ut dicant, actus moraliter malos solum à Deo esse prævisos, non

autem prædefinitos, aut prædeterminatos, ut bene notavit Penotus lib. 4. cap. 8. in fine, quo etiam loquendi modo nos, uti debemus, ne videamur cum hæreticis convenire, qui Deum faciunt auctorem peccati. Ad ratione dico, divinâ prædefinitioem ad utrumque necessariam esse, ut constat ex dictis in probatione primæ conclusionis; ad primam impugnatiõem jam dixi, quod licet respectu malitiæ permissivè nullum habeat Deus positivum decretum, sed tantum permisivum, tale tamè habet respectu actus sublati quoad ejus naturalem entitatem, ut constabit q. seq. quod si etiam concederetur, respectu utriusque habere tantum decretum permissivum, ut nonnulli contendunt, nõ hinc universaliter inferendum est, divinâ prædefinitioem respectu nullius actus humani esse necessariam; ut eorum Deus perfectam providentiam habere dicitur, quia potiori quodam jure actus boni, de quibus hic loquimur, divine providentiæ subijciuntur, quàm actus mali, quandoquidem eorum dicitur Deus præcipuus auctor, non autè istorum, & ideò negata prædefinitioem respectu istorum, adhuc necessaria erit respectu illorum ut dictum est n. 29. Ad aliam impugnatiõem concedo totum discursum, ex quo sequitur solum non dari, nec necessariam esse prædefinitioem antecedentè æternam actu nostrorum, ex qua postea sequatur in tempore physica prædeterminatio voluntatis nostre per aliquod prævium ad eliciendum actum determinatum, quod ultero forem etiam sequitur, necessariam non esse prædefinitioem concomitantem, nam si admittitur concursus divinus simulaneus in tempore ad actum nostrum, ut ait arguens, consequenter admitti quoque debet prædefinitio eorumdem concomitans ab æterno, quia ex utriusque talis prædefinitioem applicatur in tẽpore virtus Dei, causati va ad concursum simulaneum cum voluntate nostre, id est idem omnino actus cum eo, quia non est diversus actus illi, quo nobiscum Deus concurrat in tempore ab eo, quod decrevit concurrere ab æterno, ut ait Doctor ad 1. quest. 2. ad 1. prin. nam actus ille vult efficac ab æterno, licet nõ pro æterno sed pro determinata temporis differentia; & in hoc sensu Su. quoque lib. 3. aux. cap. 17. num. 5. exponit nonnullos Patres Græcos, qui interdum generaliter significant nullum actum liberum prædefiniti.

³⁸ Tertio arguit Penotus lib. 4. cap. 11. probans multipliciter, divinam prædefinitioem non dari antè præscientiam futurę determinationis creatæ voluntatis absolutam, vel saltem conditionatam ex Patribus D. Ansel. lib. concordiæ c. 2. ait, dubitari non potest, quia eius prædefinitio, & scientia non discordant, sed licet præcise, ita quoque prædefinitur, & Aug. lib. 6. Hypognot. paulo post incipiam Deum quicquid antequam fiat, sicut præcise, prædefinitur, propterea prædefinitur, quia quales futurum sit, præcise divina Damasc. lib. 2. de fide capit. 30. ubi sic dicitur, prædefinitioem definitioem effici. Demum Patres sepe dicunt, idèò divinam scientiam rebu præcise necessitatem non imponere, quia divina præscientia non præcedit res factas, neque est illarum causa, sed comitatit illas; ergo si per hoc certitudi sciëntiæ divine non tollit humanam libertatem, quia illa non est causa antecedens rerum factarum, ab opposito decreto efficac antecedens ipsos actus liberos sine ulla prorsus eorum prævisione, tanquam istorum causa, evortit, & tollit istorum libertatem, quod argumentum valde inculcat Fasol. q. 23. art. 4. du. 4. n. 48.

Respondeo, divinam prædefinitioem dari antè præscientiam futurę determinationis creatæ voluntatis absolutam, ut ostendit num. 32. undè cum Patres dicunt, Deum prius præscire, quàm prædefinitur, quid absolutè sit futurum, planè non loquuntur de præscientia absoluta, quia, si effectus præciseretur absolutè futurus antè divinam prædefinitioem, frustra adereretur talis prædefinitio; imò cū Penotus dicat c. 12. n. 2. in eodem prorsus instanti dari prævisionem determinationis creatæ voluntatis, ut absolutè futuræ, & prædefinitioem efficacem voluntatis diving respectu ejusdem, auctoritates allate, ut intelligatur de præscientia absoluta, cum dicant, Deum prius præscire, quàm prædefinitur, non magis urgent, quàm ipsam dicentem, in eodem instanti præscire, & prædefinitur; quare auctoritates illę intelligi debent, primò de scientia simplicis intelligentiæ, quatenus antequam illum actum liberum prædefinitur à nostra voluntate futurum, cognoscit omnes causas proportionales respectu suorum effectuum, ac etiam omnium auxiliorum gratiæ (si actus fuerit supernaturalis) congruitatem, & temporum opportunitates, hominumque dispositiones ad conversionem; quid tamen ex causis sic proportionatis determinatè secundum sit, adhuc non novit, sed tantum in quid sequi possit; Deinde intelligi debent de scientia conditionata, non quidem in sensu Adversariorum, quæ ex eminentia sola divini intellectus cognoscit Deus; quid facturus sit Petrus, si in tali

poneretur occasione, ante quodcumque decreteret divina voluntatis, etiam conditionatum, sed in sensu à nobis explicato disp. præced. q. 4. n. 249. & 250. assignando ordines diviniæ providentiæ, ad eum in priori signo noscat Deus per scientiã conditionatam, & dependenter à decretis conditionatis, quid sit factura creatæ voluntatis in tali vel tali rerum ordine ponetur, & deinde posteriori signo absolutè decremat, quòd in tali rerum ordine possit fieri ab absolute volunta, quia conditionatè providit in priori signo, quod hoc erat volunta, si in eo reru ordine statueretur; & in hoc sensu inquit Anselm. quòd prædefinitur, & præscientia non discordant, sed sicut præcise ita quoque prædefinitur. Ad ratione patitas assumpta de divini ordine causalitatis non præcedit determinationes futuras creatæ voluntatis; alioquin tolleretur eorum libertatem, ita patiter creatæ voluntatis, sed omnino concomitans ob eandem rationem, quòd etiã ultro non admittimus, negamus tamen, hanc concomitantiam solum debere ex prævisione determinationis futuri creatæ voluntatis, sed dicimus, fundam esse ex concomitantia virtuali voluntatis creatæ secundum omnem ejus volentem modum in voluntate divina, ut in primo libro, ut dictum est disp. q. 3. art. 3. ubi à radice solvitur hoc argumentum. Quatio arguit idem Auctor ad idem ratione, primū quidè ratione supra ex natura liberi arbitrii; nam Hæretici ex eo solum capite videtur illud negare, quia omnes actus humani sũt ab æterno prædefiniti efficaci, antè omne præscientiã operationis voluntatis humane, & tamen illi ab Ecclesia damnantur. Tum 2. ex divina præscientiã, si omnes liberi eventus sunt sic ab æterno prædefiniti, potuit Deus in hujusmodi decretis eo infallibiliter nosse, absque eo, quòd ejus incutus ferretur super esse præsens actualis existentie istorum, quod habebat in aliqua certa temporis differentia, sed hoc est falsum, ergo etc. Tum 3. quia præscientia efficac est voluntas confesque, sed voluntas efficac eorum, quæ ex libera hominis voluntate pendunt, non est sine præscientia consensus eju'dem, ut ait, senferius probaturum ex Patribus, ergo etc. Tum 4. ex divina providentiã, quia ut suum finem infallibiliter assequatur, voluntatis consequens actus est, vel saltem illum includit, sed ille includit præscientiam consensus, & determinationis nostre voluntatis, ergo etc. Tandem arguit ex divina prædefinitioem, & reprobande, que necessitati supponunt præscientiam bonorum, vel malorum operum.

Resp. negando assumptum, non enim Hæretici idèò negat liberum arbitrium, quia actus humani sint ab æterno efficaci prædefiniti antè omnem præscientiam, sed absolutè negant libertatem nostram consistere cum divina præfinitioem, sive ponatur antè omnem præscientiam operationis humane voluntatis, sive post, quomodo sic ponatur, cum illud decreverit sic ab æterno, & immutabiliter sit in potestate nostra illud immutare, consequenter ajunt, nos necessariò facere, ita ut in potestate nostra non fit oppositum facere; & ob id ab Ecclesia damnantur; & planè mitè est cur hic Auctor sit adeò anxius in illo cap. 11. ad probandum, quòd hæc præfinitio supponere debeat prævisione determinationis futuri nostre voluntatis pro nostra libertatis indemnitate, cum infra in eodè 4. libro cap. 23. in fine fateatur, neque hoc etiã sufficere ad salvandam nostram libertatem, undè tandem cap. 24. nititur alio modo conciliare efficaciam divini decreti cum humani arbitrii libertate. Ad 2. nego sequelam majoris utrumque enim requiritur ad perfectam, ac intuitivam præscientiam futuri contingentis, nempe, & divinum decretum, & existentia actualis, quam futurū habebit in tali temporis differentia, illud quidem, ut ratio, & mediū, per quod procedit, Deus ad cognoscendum futura, illa vero, ut ratio terminativa, seu secundum quam futurum certò, & infallibiliter terminat divinã cognitionem per modum objecti secundarij, ut dixi diff. præced. n. 35. Ad 3. negatur minor, Patres vero ad summum nil aliud dicunt, nisi Deum in decernendis actibus libere nihil decernere voluisse, non habita ratione eius, quod per humana voluntatis libertatem futurum esset, talem autem rationem haberi, non dicunt per hoc, quòd previderit, ad quid humana voluntas foret determinatura, cum alio modo digniori haberi possit, decernendo nimirum concomitantem, quid ipsa esset factura, per inde ac si ejus determinationem previderit, ob continentiam eminentiorem volutatis creatæ in divina, velut in primo libro. Ad 4. negatur rursus minor, quòd scilicet actus voluntatis consequentes includat, vel supponat præscientiam futurę determinationis creatæ voluntatis. Ad ult. negatur item assumptum, ut inferius suo loco patebit.

⁴⁰ Quinto tandem arguit Thomistę præfinitioem divinas esse omnino antecedentes usum libertatis nostre. Tum ex scri-Masfrui in sent. Tom. 1.

preura; nam ad Eph. 1. dicitur Deus, omnia operari secundum consilium voluntatis sue, que verba denotat, divinam præfinitioem usum nostre libertatis omnino antevertere, & voluntatem nostram prædeterminate, aliter si esset concomitans, vel cõsequens, decerneret operari secundum consilium voluntatis nostre. Tum ex Patribus, nam Aug. supra cit. in Soliloquiis c. 29. ait, ante quã exirem de vultu, quæ quid tibi placuit præordinasti de me tibi verba illa, quæ quid tibi placuit, inquit, nonant, quòd nempe Deus absolute prædefinit actus nostros, nulla prorsus habita ratione, ad quid inclinetur nostra voluntas; sic etiã loquitur lib. de corp. & gratia cap. 14. habet humanorum cordium, quò placet inclinandum omnipotenti sum potestati, & rursus in Soliloquiis c. 24. inquit, velle, quòd bonum est, non possum, nisi tu vellis; ergo velle Dei præcedit ad velle nostrum, quia hæc ratione vocantur ad Patribus prædefinitioem, vel prædeterminationes, ut ly præ dicat prioritatem causalitatis, alioquin si essent tantum concomitantes, vel consequentes liberum usum humane voluntatis, non præfinitioem, vel prædeterminationes, sed potius conditionationes vocari deberent, vel post definitioem.

Resp. Deum dici omnia operari secundum consilium voluntatis sue, non quia omnia se solo decernat, quæ à nostra pendet libertate, nulla prorsus habita ratione de nostra futura deliberatione, nam talis decernendi modus repugnat legi generali jam statutæ, quòd vult causas secundas motus suos agere, & eorum modo agendi sese accomodate in decernendis effectibus ab ea futuris; sed dicitur operari secundum consilium voluntatis sue, id est, vel voluntatem rationabilem, vel rationabiliter, & providè, non temerè, ac tunc, ut ibi exponit Hieron. & Anselm. dicitur autem sic agere, quando causas liberas administrat modo eorum libertatis consentaneo, decernendè nempe actus liberos ab eis futuros, alio modo dependenter ab eorum libertate, non autem prorsus antecederet ad eã nulla penitus habita ratione de eartu futura deliberatione; sic enim non diceretur agere rationabiliter, & providè, sed potius temerè, & absque consilio, ut etiam explicui diff. præced. n. 191. Ad 2. quando loquuntur Patres de præfinitioem nostrorum actuum liberorum, & ajunt, divinã volutatem decrevisse, quòd ei placuit, debent intelligi sensu accomodo, ut nẽp decreverit, quòd ei placuit, non eo prorsus modo, quo statuit illa, quæ immediate ab eo dependet sine interitu cause secundæ libere, ut sunt mundi creatio, Filii incarnatio, &c. Sed quòd ei placuit, veluti per concessionem, & concomitantem determinationem, & quòd ei placuit ex lege illa generali, quæ decrevit sic concurrere cum voluntate humana, ut cooperetur illi, quado illa libere volerit cooperari, quo sensu præsertim loquitur Aug. lib. de corp. & gratia cap. 14. ut deduxi diff. præced. n. 180. sic etiam aliud Aug. dictum cap. 24. optimè explicatur per solum concomitantiam divinæ voluntatis exclusio quocumque ordine causalitatis, & prioritatis, in quo, nam verissimum est, nihil nos posse velle boni, nisi nobiscum volente Deo. Ad ultimum divina decreta non dicitur prædefinitioem, ut ly præ dicit antecessioem causalitatis in ordine ad futuram determinationem nostre voluntatis; quasi nimirum idèò mea volutatis præcisè sic hoc voluita, quia Deus ita decrevit, nulla prorsus habita ratione de ejus futura deliberatione, sed ut ly præ importat antecessioem æternitatis ad tempus, sive antecessioem durationis, ac etiam ut ly præ indicat tempus prioritatem in quo, sed à quo, seu prioritatem independentiæ, & dignitatis determinationis, & concursus cause primæ; nam sicut in tempore, licet simul concuratur cũ causa secunda ad eundem effectum simulatè in quo, adhuc tamè dicitur, prius concurrere prioritate à quo, quia à se agit, causa vero secunda dependet ab illa; licet etiam ab æterno, quidè simul se cõdeterminat cum causa secunda libera, quam virtualiter continet, & omnino concomitantem cum ea, ad huc tamen ejus determinatio dicitur præfinitioem, & prædeterminationem, quia causa prima à se ac independenter determinat, causa vero secunda ab alio, & dependenter a prima; in ordine vero ad ipsos actus absolute futuros adhuc potiori jure dicitur prædefinitioem, quia eos præcedunt & causalitate, & natura, & æterna duratione; alia argumenta ad hoc spectantia soluta sunt diff. præced. qu. 3. art. 8.

QUESTIO TERTIA.

An etiam actus nostri mali sint à Deo prædefiniti.

Non vertitur quæstio de prædefinitioem pure permissiva, quia de hac nequit esse dubium, cum Augustinus man-